

## ACETUM SCILLITICUM.

℞. Radicis Scillæ maritimæ libram unam.  
Acidi Acetici libras octo.

Macera leni calore in vase vitreo per  
biduum aut triduum; dein exprime et adde  
Alcoholis diluti uncias octo.

Sepone ut fæces subsidant.

Usus: Morbi pulmonum pituitosi; hydrops.  
*Externus formagargarismatis*: Tonsillitis  
pituitosa; dysecœa ex eadem causa.

Dosis: Guttae viginti ad drachmam unam  
bis die vel sæpius cum aqua aromatica  
aut emulsione gummi-resinæ ammon.

## BOLI.

## BOLUS ALTERANS.

℞. Olei terebinthinæ volatilæ guttas viginti  
quatuor.

Gummi-resinæ Guajaci officinalis drach-  
mam semis.

Syrupi Papaveris somniferi quantum  
satis,

Ut fiat bolus, bis die sumendus.

Usus : Arthrodynia rheumatica et arthri-  
tica; podagra atonica, erratica.

**BOLUS AROMATICUS.**

℞. Pulveris aromatici grana decem.

Syrupi simplicis quantum satis,

Ut fiat bolus.

Usus : Flatulentia; dyspepsia.

**BOLUS E CAMPHORA.**

℞. Camphoræ pineis (vel alcohole) sub-  
actæ grana quinque—decem.

Conservæ fructus Rosæ caninæ grana  
viginti.

Misce ut fiat bolus.

Usus : Blechropyræ; subsultus tendinum;  
epilepsia; œstromania.

**BOLUS CARDIACUS.**

℞. Radicis Dorstenia-Contragervæ,

—— Aristolochia-Serpentariæ,

Carbonatis calcis ana grana decem.

Stigmatum pistilli Croci sativi grana  
quinque.

Syrupi corticis Laurus-Cinnamomi quan-  
tum satis,

Ut fiat bolus, ter de die sumendus.

Interdum adduntur

Vel Radicis Valerianæ officinalis drachma  
semis.

Vel Castorei grana quinque—decem.

Vel Moschi grana decem.

Vel Opii granum semis.

#### BOLUS CATHARTICUS.

℞. Radicis Convolvulus-Jalappæ grana vi-  
ginti.

Muriatis hydrargyri grana decem.

Syrupi simplicis quantum satis,

Ut fiat bolus.

Vel :

℞. Radicis Convolvulus-Jalappæ,  
Sulfatis potassæ ana drachmam semis.

#### BOLUS E CINCHONA.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis drachmam  
semis.

Syrupi simplicis drachmam unam semis.

Misce, ut fiat bolus omni hora vel omni bihorio, tempore remissionis vel apyrexiae, sumendus.

Pro re nata sumitur, loco syrui simplicis, vel syrupus Rhei, vel syrupus Sedativus. — Quandoque etiam adduntur

Vel Muriatis ammoniacæ grana quinque.

Vel Aluminis grana decem.

Vel Oxydi ferri nigri grana quinque.

Vel Valerianæ officinalis drachma semis.

Vel Aristolochia-Serpentariæ grana decem.

Usus: Dialeipyrae; Blechropyrae remittentes.

**BOLUS AD DYSPEPSIAM (H. SMITH.)**

℞. Radicis Psychothriæ emeticæ grana duo—  
quatuor.

Pulveris aromatici grana decem.

Syrupi Cinnamomi quantum satis,

Ut fiat bolus hora somni sumendus.

Usus in magna animi dejectione ex dyspepsia orta.

## BOLUS EMETICUS.

- ℞. Pulveris emetici scrupulum unum.  
Oxymellis Scillitici quantum satis,  
Ut fiat bolus.

## BOLUS E FERRO.

- ℞. Muriatis ferri ammoniacalis (vel Oxydi  
ferri fusci) grana decem.  
Conservæ Gentiana-Centaurei scrupulum  
unum,  
Radiciſ Amomum-Zingiberis grana qua-  
tuor.  
Syrupi Cinnamomi quantum satis,  
Ut fiat bolus, bis die sumendus.  
Usus : Chlorosis; amenorrhœa; dyspepsia;  
asthenia.

## BOLUS E FERRO COMPOSITUS.

- ℞. Oxydi ferri nigri,  
Florum Anthemis nobilis ana grana  
septem.  
Gummi-resinæ Myrrhæ,  
Castorei ana grana octo.  
Syrupi simplicis quantum satis,  
Ut fiat bolus, bis die sumendus.  
Usus : Dysmenorrhœa.

## BOLUS HYDRAGOGUS.

- ℞. Radicis Convolvulus-Jalappæ,  
—— Amomum-Zingiberis,  
Gummi-resinæ Cambogia-Guttæ,  
Tartritis potassæ aciduli ana grana quin-  
que—decem.  
Syrupi simplicis quantum satis,  
Ut fiat bolus.

*Vel:*

- ℞. Radicis Convolvulus-Jalappæ grana duo-  
decim.  
Gummi-resinæ Cambogia-Guttæ,  
Muriatis hydrargyri ana grana sex.  
Syrupi Zingiberis quantum satis,  
Ut fiat bolus, pro re nata repetendus.

Usus : Hydropes.

## BOLUS EX HYDRARGYRO.

- ℞. Oxydi hydrargyri nigri grana tria.  
Extracti Glycyrrhizæ (vel mellis) quan-  
tum satis,  
Ut fiat bolus, semel aut bis quotidie su-  
mendus.

Usus : Syphilis ; pneumonitis ( præmissa venæsectione ) ; hepatitis chronica ; physconia hepatis.

BOLUS E MOSCHO.

℞. Moschi ( genuini ) grana decem—quindecim.

Conservæ corticis flavi fructus Citrus-Aurantii drachmam semis.

Syrupi simplicis quantum satis ,

Ut fiat bolus, bis terve de die sumendus.

Interdum adduntur

Camphoræ alcohole solutæ grana octo.

Usus : Subsultus tendinum in febris acutis ; singultus ; epilepsia , aliive morbi spasmodici rebelles ; mania ?

BOLUS EX MURIATE HYDRARGYRI.

℞. Muriatis hydrargyri , præcipitatione parati, grana quinque — decem.

Syrupi simplicis quantum satis ,

Ut fiat bolus, pro re nata repetendus.

Usus : Blechropyra flava ; hydrocephalus ; physconia abdominalis.

## BOLUS AD PARALYSIN.

- ℞. Seminis Sinapis albæ drachmam semis.  
 ——— Carum-Carvi,  
 Corticis Laurus-Cassiæ ana grana quatuor.  
 Pulverisatis adde  
 Syrupi Zingiberis quantum satis,  
 Ut fiat bolus bis die sumendus.  
 Interdum adduntur  
 Olei Terebinthinæ volatilis guttæ quatuor.

## BOLUS E RHEO.

- ℞. Radicis Rhei palmati drachmam semis.  
 Syrupi simplicis quantum satis,  
 Ut fiat bolus.  
 Interdum adduntur  
 Muriatis hydrargyri grana quinque—  
 decem.

## BOLUS E RHEO SEDATIVUS.

- ℞. Radicis Rhei palmati grana duodecim.  
 Pulveris aromatici grana tria.  
 Tincturæ Sedativæ guttas viginti.  
 Syrupi corticis fructus Citrus-aurantiï  
 quantum satis,



Ut fiat bolus noctu sumendus.

Usus: Diarrhœa aut dysenteria, præmissis præmittendis.

**BOLUS RUBER.**

℞. Sulfureti Hydrargyri rubri scrupulum unum.

Conservæ Rosæ grana quatuor.

Ut fiat bolus mane et vesperi sumendus.

Usus sæpe eximius in Cephalalgia aut morbis nervorum inveteratis, ad alia remedia rebellibus.

**BOLUS SAPONACEUS.**

℞. Saponis medicinalis scrupulos duos.

Olei volatilis seminum Carum-Carvi guttas duas—tres.

Syrupi balsamici quantum satis,

Ut fiat bolus ter die sumendus.

Interdum adduntur

Vel Extracti Aloës grana quatuor.

Vel Radicis Rhei palmati grana septem.

Usus: Morbi ex calculo viarum urinarum; asthma; icterus.

## BOLUS E SPONGIA.

- ℞. Spongiæ ustæ drachmam semis.  
 Conservæ corticis fructus Citrus - Au-  
 rantii scrupulum unum.  
 Syrupi simplicis quantum satis,  
 Ut fiat bolus, ter die sumendus.

Usus: Thyrocele, aliarumque glandularum  
 colli tumores, quibus incolæ alpium præ-  
 cipue obnoxii sunt.

## BOLUS E STANNO.

- ℞. Limaturæ Stanni drachmas duas.  
 Conservæ corticis fructus Citrus - Au-  
 rantii scrupulum unum.  
 Syrupi simplicis quantum satis,  
 Ut fiat bolus, ter quaterve de die su-  
 mendus.

Interdum loco Limaturæ Stanni sumitur  
 Oxydi stanni grisei scrupulus semis-unus.

Usus: Lumbrici; Tænia Solium LINN.

## BOLUS STIBIATUS.

- ℞. Sulfureti stibii nigri drachmam semis.

Conservæ Cochleariæ officinalis scrupulum unum.

Syrupi simplicis quantum satis,  
Ut fiat bolus, bis die sumendus.

Usus : Lepra, aliive morbi cutanei.

#### BOLUS STOMACHICUS.

℞. Florum Anthemis nobilis drachmam semis.

Syrupi simplicis quantum satis,  
Ut fiat bolus, bis terve de die sumendus.

Interdum adduntur

Vel Carbonatis calcis grana decem.

Vel Radicis Rhei palmati grana quinque.

Vel Amomum-Zingiberis grana decem.

Vel Muriatis ammoniacæ grana decem.

Usus : Anorexia ; dyspepsia ; pyrosis ; cardialgia ; dialeipyra.

#### BOLUS SUDORIFICUS.

℞. Pulveris sudorifici DOVERI grana viginti  
— viginti quinque.

Syrupi Zingiberis ( vel Sedativi ) quantum satis,

CEREVISIÆ MEDICATÆ. 261

Ut fiat bolus cum regimine, præcipue  
mane, sumendus.

Usus idem ac Pulveris Sudorifici DOVERI.

BOLUS E VALERIANA.

℞. Radicis Valerianæ officinalis drachmam  
semis.

Syrupi Florum Citrus-Aurantii drach-  
mam unam semis,

Ut fiat bolus, ter die sumendus.

Interdum adduntur

Vel Castorei grana decem.

Vel Oxydi ferri nigri grana septem.

Usus: Epilepsia, aliive morbi spasmodici;  
dysmenorrhœa.

---

CEREVISIÆ MEDICATÆ.

SYN. *Infusa Cerevisiata.*

CEREVISIA DIURETICA.

℞. Radicis Cochlearia-Armoraciæ,  
Seminum Sinapis nigræ ana unciam  
unam.